

& dicit communem plures referens Anto. de Padilla ubi sup. sequitur etiam & dicit communem Ant. Gomez in l. 40. Taur. n. 47. & ex illo text. in d. l. si in testamento. ff. de vulg. notat ibi Aretin. num. 7. & alios referens nouissime Menoch. in 4. Remed. ad ipse. possess. numer. 118. quod ille, qui venit per ius accrescendi, dicitur venire tanquam scriptus hæres caractere literarum.

56 Quibus omnibus visis tanquam ad nostri text. necessarium intelligentiam ex conclusione huius text. qua habetur, quod solis personis adeuntibus accrescunt portiones repudiantium, infertur planissime, quod portio accrescens accrescit heredi tantum, non vero emtori hereditatis. Articulus hic difficilis est, in quo Doctores varias sententias sequuti sunt, ideo latissime hic intendo eum declarare & examinare annuante Deo.

Pro cuius quidem recta expeditione, prius firmo conclusionem in contrarium, quam optime iuribus & rationibus defendam, tandem postea, illa reiecta & omnibus difficultatibus sublatis, primam conclusionem supradictam pro virili sustinebo. Ad rem igitur deueniens statuo conclusionem, quæ quidem, vt ex inferioribus apparebit, verissima videtur, scilicet, quod emtori hereditatis accrescit portio vacans, non vero heredi vendenti.

Primo, principaliter in probationem & confirmationem huius secunde conclusionis ex text. pulcer in l. si totam ff. de acqu. hered. ubi probatur, quod ei, qui rogatus est restituere hereditatem alteri, nihil accrescere potest, & reddit text. rationem, quia rem non videtur habere: Ex quo text. constat, quod portio accrescit portioni, & non personæ, vt ex illo text. colligit ibi Bart. addens, quod qui perdit portionem, perdit ius accrescendi, licet nomen heredis retineat; Sic igitur in proposito dicendum est, quod heres ex eo, quod vendiderit portionem hereditariam, perdidit ius accrescendi, quantumcunq; nudum nomen heredis retineat, & illud ius pertinet ad illum, qui rem habet, hoc est, ad emtorē, vt ex illo text. manifestissime colligitur.

Secundo principaliter in fauorem huius conclusionis & opinionis accedat text. in l. hac scriptura, §. ff. de cond. & demonstrat. ubi casus ita potest figurari. Fuit duobus relicta hereditas vel legatum, vni pure alteri sub conditione, postea defecit conditio, dicit textus: Quod portio hereditatis vel legati, deficiente conditione, pertinet ad heredem eius, cui legatum relictum vel hereditas pure, & sic ad quemcumque qui habuerit illam portionem pure relictam: Igitur cum ibi ius accrescendi sequatur suam portionem, penes quemcumq; vadat, nimirum si in casu suprad. conclusionis ius accrescendi sequatur emtorem, cum apud ipsum remaneat portio, cui adherere debet portio accrescenda, idem probat text. in l. si ex pluribus ff. de suis & legit. hered. & in §. si incip. si ex pluribus, Instit. ad Orficiam, cum multis iuribus superius allegatis.

Tertio & principaliter ad confirmationem supradictæ conclusionis facit; Nam portio accrescit portioni, sicuti per alluionem, vt est text. in l. si Titio, in §. ff. de vsu. sed alluio sequitur ius fundi, vt in l. quod in rerum, §. si quis post, ff. de leg. 1. & in l. legi, §. ff. de except. rei iudic. Ergo portio accrescens debet accrescere & sequi ius portionis cui accrescit, & sic effici emtoris.

57 Quarto in confirmationem huius opinionis accedat text. in l. Papius ff. ad Treb. ubi quidam pro æquis partibus duos heredes instituit, videlicet Titium & Sempronium, prædictumque Titium grauauit de restituenda hereditate (h. e.) suam partem Mæuio, qui quidem Titius compulsus per Trebellianum heredi-

tatem restituit, postquam restitutionem Sempronius coheres repudiavit suum semissem, dubitatur vtrum prædictus Mæuio fideicommissarius habeat opus alia actione ad compellendum grauatum, vt portionem accrescentem restituat? Respondet text. securum eum esse posse, magisq; dubium esse, an sit opus noua restitutione, postquam portio accrescit. Et in eam sententiam rex. procliuor esse videtur, vt minime sit opus, quod aliquibus iuribus ibi comprobatur gloss. & communem testatur Ripa in d. l. re conuicti, nu. 92. Igitur ex illo text. manifestissime probatur, quod qui tenetur restituere portionem suam hereditariam, tenetur etiam restituere portionem accrescentem.

Quinimo & quod fortius est, vt dixi, non est opus noua restitutione, sed statim portioni, vbi cunque illa sit, accrescit, secundum veriore sententiam, quæ etiam in supradictis iuribus probatur: Ergo ita etiam portio accrescens debet pertinere ad emtorē, cum penes ipsum sit portio principalis, cui adherere debet, & nõ ad heredem vendentem, qui nihil portionis habet.

Præterea, quod grauatus restituere portionem accenseatur etiam grauatus restituere portionem accrescentem ex d. l. Papius, expresse notat Bartol. in l. Marcellus, §. quidem liberis, numer. 7. ff. ad Trebellianam, cuius opinionem in hoc sequitur ibi Imol. & Roma. num. 4. qui dicit, quod Bart. sequuntur alij, quam opinionem dicit communem Coraf. in l. cum virum, n. 89. C. de fideic. cui & consonare videtur, quod supra diximus, scilicet, quod prohibitus alienare portionem suam, censetur etiam prohibitus alienare portionem accrescentem; Ergo ita etiam per contrarium vendens portionem suam, accrescentem videtur quoque vendere.

58 Quinto, in confirmationem huius opinionis, quod emtori & nõ heredi vendenti accrescat portio vacans, induco text. pulcerrimum in l. 2. §. illud ff. de hered. vel action. vendit. ubi vendens suam portionem, non videtur vendere id, quod ad se ex pupillari substitutione postea peruenerit; Quoniam licet vnum testamentum sit patris & filij, tamen alia atque alia hereditas est pupillaris à paterna; Igitur insinuat in illis verbis manifestissime text. quod si eadē hereditas esset, pertineret ad emtorem, sicut hereditas principalis; Igitur in proposito dicendum est, quod cum portio accrescens, & ipsa, cui accrescit, sint eadem, ambæ pertineant ad emtorem hereditatis.

Et ita inuenio, quod ex d. l. si totam, hanc opinionem tenet expresse Bart. in d. l. re conuicti, nu. 26. cuius sententiam sequuntur Curt. Iun. in present. num. 12. & Sebastian. Sapia in repet. huius l. num. 20. & hanc opinionem communem esse testatur Decius in present. in 2. l. l. nu. 43. idem quoque affirmat Coraf. in l. in testamento, numer. 19. & 38. Cod. de impub. & alij subf. tenent alij, relati per Ant. Gom. 1. tom. c. 10. n. 44. & sequitur eam & latissime probat & defendit, dicens esse tenendam Archidiacon. Maioricenf. Ludou. de Villalonga in rep. d. l. re conuicti §. fol. 31. col. 3. & seqq. quæ sententia communis verissima videtur, tum & potissimum ex supradictis quinque Iuriconsultorum decisionibus & argumentis, tum etiam ex auctoritate magna Bart. & sequacium.

59 Neq; his omnibus oberit text. noster in hac l. vnic. secundum inductionem supradictam, quatenus dicit & probat, quod portiones, repudiantium accrescunt his solis, qui adierunt, & sic non alijs. Nã respondeo, quod his solis intelligitur, id est, ad eorum utilitatem secundum Philippum Decium in rubrica huius tit. n. 8. Vel alio & secundo modo, quod satis dicitur accrescere heredi, accrescendo emtori, cum in eius locum sit positus & constitutus emtor. Hæc sunt, quæ pro hac opinione principaliter faciunt.

Superio-

60 Superiora tamen omnia non me mouent, quin hodie, annuente Deo, contrariam opinionem, & sic primo loco positam verissimam esse ostendam, scilicet, quod portio vacans accrescit ipsi heredi, & nõ emtori hereditatis. Primo hæc opinio probatur in præserti lege, vbi portio vacans tantum ei accrescit, qui adiuit, non vero alij: Igitur non pertinet ad emtorem Neq; obstat intellectus quem ad hunc textum supra assignauimus, dicentes, quod de his solis intelligitur, id est, ad eorum utilitatem: Nam eodem ipso conuenitur prædictæ communis opinio, quia si heredi adeanti, & ad eius commodum non alterius accrescit portio: Ergo falsum est dicere, quod pertineat ius accrescendi ad emtorem, quia si aliud diceremus, minime lucro heredis instituti cessisse videretur. Non etiam obstat dicere, quod emtor est positus in locum heredis, quia iura non habent considerationem neq; respectum ad emtorem, sed ad heredem, cui soli cõpetit hoc ius accrescendi, at vero ipse heres poterit post acquisitionem, portionem, quæ accreuit, cedere in emtorem, si velit.

Secundo & principaliter in fauorem huius conclusionis, & cõtra primam communem, & sic quod portio accrescens pertineat ad heredem vendentem, non vero ad emtorem, facit; Nam etiam apud ipsum heredem adeuntem & vendentem est res, cui adhæreat portio, cum pretium quidem habeat.

61 Quod in t. vniuersalibus succedit loco rei & efficiunt hereditarium, vt in l. Imperator Antoninus, §. ff. de legat. 2. ad idem est text. in l. Labeo & Sabinus, ff. de verb. signif. ubi dominus, qui rem sibi subtractam redemit, id ignorans, licet postea sciverit, dicitur non habere rem, quia neq; rem vel pretium habet, idem quoque probat text. in l. si rem & pretium, ff. de petitione heredit. ubi pretium factum ex re hereditaria vendita succedit in locum ipsius rei hereditariæ, & ibi notanti gloss. Bartol. & ceteri gloss. etiam & ceteri in l. si cum seruum, §. ff. de her. vel action. vendit. infertur ad plures & elegantes questiones, idem probat optime l. plane, la. §. qui rogatus, ff. de legat. 1. Ergo cum hoc ita sit, quod ipse heres vendens habeat, licet non vere, representatiue tamen portionem, cui adhæreat portio accrescens consequens est dicere, quod ad eum tantum pertineat, non vero ad emtorem hereditatis, cum iam non absit, quod diximus abesse fundando præcedentem opinionem.

62 Tertio principaliter pro hac opinione ipse confidero, quia heres non censetur vendidisse, nisi ea tantum, quæ habebat tempore contractus, sed heres, cum vendidit suam portionem hereditariam, nõ habebat portionem, quæ postea accreuit; Igitur ea ad emtorē minime pertinet, quod autem heres nõ censetur vendere, nisi tantum ea, quæ habebat tempore contractus, probatur optime ex text. in leg. heredem, ff. mandat. ubi heres cuiusdam fideiussoris, vendit eius hereditatem, empor illius, cum conueniretur à creditoribus, quibus fideiussor tenebatur, cuius bona venundata fuere, soluit; dubitatur in casu illius text. vtrumne hic emtor habeat actionem mandati ad recuperandum, quod soluit à reo principali: an sibi eam recuperandum, scilicet, ab herede vendente; dicit text. minime quidem, posse tamen cogere heredem, an sibi eam actionem cedat: Ergo ecce, quomodo in casu illius text. eo, quod heredi vendenti tempore contractus nõ competeat actio mandati cõtra reum principalem, ex eo, quod non soluerat, illa quidem ad emtorem minime transit, nisi postea per cessionem. Sed si tempore contractus illa hereditas competere, bene transmitteretur in ipsum emtorem, vt probat text. expressus in l. emtor, C. de heredit. vel action. vendit. & ita interpretatur gloss. in d. l. heredem, verb. actiones suas.

Quarto & principaliter in confirmationem huius opinionis verissime facit; Nam venditor hic heres, de quo est questio, etiam post venditionem remansit heres, text. est in l. ei qui soluendo, ff. de l. ered. in §. vbi ille qui semel est heres, amplius definit esse heres nõ potest, ad idem text. in l. si sine, §. sed quod Papius, ff. de minorib. quod quidem optime iuuat in eo videtur, si recte verba iuris accrescendi intusamur; Nam portio, prout notum est, accrescit portioni hereditariæ, quæ portio non tantum consideranda est respectu corporis, quam iuris, quia hereditas nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit, & vt sunt iura vulgaria, vt in l. hereditas ff. de reg. iur. & in l. nihil aliud, ff. de verb. signif. sed sic est, quod heres, quantumcunq; hereditatem vendiderit, habet hoc ius in corporeum: Ergo manifestissime patet, ad eum portionem accrescentem pertinere debere, non autem ad emtorem.

64 Ex quibus omnibus infertur, quod cum heres etiam post venditionem remaneat heres, quod poterit conueniri à creditoribus hereditarijs, text. est in l. 2. C. de hered. vel actione vendit. & in l. 2. C. de pact. & ita his fundamentis aperissime redditur hæc opinio.

Quæ quidem, vt iuris argumentis non caret, ita neque multorum auctoritate, quinimo & eam communior esse existimo, quam tenet Petrus de Bellapertri, relatus per Bart. in d. l. re conuicti, num. 26. & eam sequitur Salyc. in present. nu. 15. l. 2. c. & Decius, ubi sup. & hanc opinionem affirmat esse communem Hieron. Cagnolus in repet. huius l. num. 16. & dicit communem Ial. in d. l. re conuicti, num. 141. & ibi Ioan. Croc. nu. 47. dicit communem præterea ibi Rip. nu. 92. & Polyt. n. 53. Villalong. fol. 31. col. 3. & tenet eam Ial. in d. l. 2. nu. 9. C. de pact. & eam communem esse testatur vir non contentendæ auctoritatis D. Io. Orosc. in l. si nu. 7. ff. de trans. est magis communis etiam secundum Ant. Gom. d. c. 10. nu. 44. qui illam sequitur & probat.

Non obstat i. tex. adductus pro prima opinione in l. si totam, ff. de acqu. hered. ubi portio non accrescit ei, qui debet restituere, sed ei, cui restituitur; Igitur emtori ementi, & non heredi vendenti. Nam text. ille nõ loquitur in emtore, sed in fisco, qui quidem succedit in bonis vacantibus, vt heres vniuersalis, text. est in l. 2. C. ad l. Iul. de vi, ubi actio tutelæ potest intentari contra fiscum, cui vendicata fuit tertia pars bonorum tutoris, lege Iulia de vi priuata damnati, & reddit text. rationem; Nã successor hic, hoc est, fiscus, pro oneribus portionis suæ responderet; Igitur cum ibi successerit fiscus, vt heres vniuersalis, merito quod ei, & non alij, tanquam non habenti portionem accrescat.

65 Verum adest in hac re optimum dubium; An hoc verum sit, quod fiscus succedat, vt heres vniuersalis, ad hoc vt ad eum pertineat portio, quæ accrescit, quando successit in bonis vacantibus, & etiam quando succedit in bonis alicui ablatis tanquam ab indigno, & fisco delatis, vel vtrinq; casu. In quo quidem tenendum est, semper prædicto modo succedere fiscum (hoc est) in vtroque casu, quam opinionem tenet Bald. in l. eam, quam, d. §. 2. Cod. de fideicommiss. cuius opinionem dicit communem Salyc. in l. vnic. §. cum autem, num. 39. Cod. de caduc. tollend. quæ opinio dubia videtur ex d. l. 2. Nã ibi loquitur in fisco succedente in bonis danati, & sic in bonis sublatis ab indigno, propter delictum legis Iulie de vi priuata, & ita contra Bald. imo quod tantum succedat fiscus, vt heres vniuersalis, quando reperit bona ab aliquo tã quã ab indigno, & non aliter, tenet Paulus de Cast. in d. l. eam, quam, num. 5. cuius opinionem dicit communem Ial. in d. l. eam, quam, num. 13. dicit etiam communem Alexand. in l. reculare, §. meminisse, numer. 2. ff. ad Trebellianam, sed prima opinio est tenenda, & per eam ampliari

debet dicitur l. 2. ut procedat respectu huius articuli, eo casu, quo loquitur non tantum, sed etiam quando si-
cus occupat bona tanquam vacantia, nam adhuc te-
nebitur respondere creditoribus hereditariis, quæ
quidem etiam in proposito d. l. si totam, faciunt, nam
si verum est, quod si quis succedit ut heres vniuersa-
lis, et accrescit portio vacans, alias secus, & ita
materia hæc intelligi debet.

Secundo non obstat text. in d. l. si Titio, ff. de vni-
uersali, vni accrescit portio portioni, tanquam per al-
lucionem, & sic quod portioni, quam habet emtor;
debet accrescere, nam imo eodem argumento debet
accrescere venditori, apud quem est portio virtuali-
ter in pretio, etiam si non sit materialiter.

Tertio minus obest text. in l. hac scriptura, §. final, ff.
de condit. & demonstrat. vbi portio accrescens non tan-
tum pertinet ad heredem aduentem, sed etiam ad quem-
cunque illa portio aduentis pervenerit. Igitur ad em-
torem Nam respondeo, quod ibi nihil aliud dicitur,
quæ quod ius accrescendi transmittitur ad heredes,
ut in l. si ex pluribus, ff. de suis & legitim. hered. non vero
dicitur, ad alium quemlibet portionis possessorem per-
tinere, & sic non probatur ibi ad emtorem pertinere.

Quarto non obest text. in l. Papinianus ff. ad Trebel-
lian. vbi portio non accrescit heredi restituenti heredi-
tatem ex Trebelliano, sed fideicommissario, cui heredi-
tatis restituta est, & sic videbatur, quod emtori non
verum esse, quia emtor non succedit, ut heres ex vo-
luntate defuncti: qua provenit ius accrescendi, sed
66 tex. ibi loquitur in fideicommissario, qui t quodam-
modo heres est, præcipue, cum ei sit restituenda por-
tio ex defuncti expressa voluntate, text. est in l. id tem-
pus, §. in re legata ff. de vscap. & in l. si filius, §. i. ff. quod
cum eo, &c.

Quinto & finaliter non obest text. in l. 2. §. illud ff. de
hered. vel alio, vendit. vbi ex eo, quod hereditas pater-
na & pupillaris non sunt eadem, in eis non habet lo-
cum ius accrescendi: Ergo si essent eadem, & c. Nam
respondeo, quod ita etiam in proposito diversa est por-
tio, quæ accrescit, ab ea, quæ vendita est, & eodem ar-
gumento non debet accrescere emtori, sed ipsi here-
di; Nam inter succedentes diuerso iure non est locus
iuri accrescendi, ut supra dixi, & probat text. in l. sed
cum patrono, in princ. ff. de honor. posses. vnde cum hic, cu-
ius portio vacat, deberet succedere iure hereditario,
emtore vero ratione emtionis, & sic diuersimode, nul-
lo modo dicendum est, quod inter hos habeat locum
ius accrescendi.

67 Ex quibus omnib. t singulariter infertur, falsam esse
illam sententiam Bart. in l. qui heredi, §. cum heredi-
n. 2. ff. de condit. & demonstrat. dicentis, teneri heredem
vendentem restituere portionem sibi postea accrescen-
tem emtori hereditatis, cuius opinionem sequitur Se-
bastian. Sap. in repetit. huius l. numer. 21. & testatur esse
communiter approbatam Corraf. in l. testamento, n. 40.
Codic. de impuber. & alias subdit. quo casu & modo pos-
se saluari opinionem primam communem supradic-
tam Bartol. existimabat Iaf. in l. 2. in si Cod. de pact. &
hæc doctrina Bart. pro se habet elegans fundamen-
tum ex text. in l. venditor ex hereditate, versic. at cum he-
reditas venditur, ff. de heredi. vel alio, vend. vbi probatur,
quod quando hereditas aliqua venit, id tacite agi in-
telligitur, ut quicquid heres tanquam heres fecerit,
teneatur restituere emtori hereditatis eiusdem, tan-
quam ipse negotiorum gestor.

Verum hæc Bartol. sententia quantumcumq; com-
munis sit, vera non videtur simpliciter & indistincte
ex omnibus supradictis pro viore & magis comu-
ni sententia; Nam si, prout conclusum est, verior

& communior sententia est, ut ipsa portio accrescat
heredi, non vero emtori, verbalis potius esset hæc o-
pinio, quam realis: si postea acquisitam teneretur re-
stituere portionem. ¶ Præterea vtra omnes supra-
dictos pro hac opinione contra Bartol. ipse induco
text. optimum in d. l. qui heredi, §. cum hereditas, ff. de
condit. & demonstrat. vbi probatur, quod datum gra-
tia conditionis implenda debet adimpleri in persona
heredis, etiam si heres sit grauatius restituere heredita-
tem, eo amplius, ut ipse heres minime teneatur id re-
stituere, etiam si generalem rerum hereditariarum resti-
tutionem alteri facere debeat; Ergo sic in proposito
dicendum optima ratione esse videtur, quod portio
accrescens accrescat heredi vendenti, & quod ipse he-
res eam restituere emtori minime teneatur, imo a for-
tiori, cum ibi fideicommissarius succedat ex voluntate
defuncti, & nihilominus heres ei non teneatur illud
restituere, emtor vero non succedit ex voluntate de-
functi, sed præter voluntatem. Præterea, quia ipse heres
tantum censetur vendere, quæ ipse habet tempore
contractus, non vero, quæ habiturus est postea, ut su-
pradictum est; Igitur, & ita inuenio, quod hanc opi-
nionem contra Bart. & communem, scilicet, quod heres
non teneatur restituere emtori hanc portionem ac-
crescentem, tenent Rip. in d. l. re conuicti, n. 98. & Io-
an. Orosc. in d. l. fin. nu. 7. ff. de transact.

Non obstat t text. in d. l. venditor ex hereditate, versic. 68
at cum hereditas venditur, quatenus ibi probatur, here-
dem haberi tanquam negotiorum gestorem ipsius em-
toris, atque proinde quicquid ad eum pervenerit ex
caussa hereditaria, restituere teneri: nam respondeo,
quod loquitur circa ea, quæ in hereditate erant tem-
pore venditionis, nos vero loquimur in portione, quæ
accrescit de nouo, de qua non est cogitatum in ven-
ditione, & sic verissima videtur hæc opinio contra
Bart. & communem, eo casu, quo simpliciter vendita
fuit hereditas.

At vero opinio suprad. Bart. & communis supra 69
proxima, potest saluari & intelligi & declarari, ut pro-
cedat, quotiescumq; actum fuit, ut hereditas veniret
cum omni augmento, vel quando aliis verbis equi-
pollentibus contrahentes vtuntur, nam tunc lex
contractui data seruanda est iuxta iura vulgaria.

Amplius addit Ioan. Oroscius in d. l. fin. in fi. quod 70
si emtori mandentur actiones, æquiparatur omnino
fideicommissario, & sicut ipsi accrescit portio, ut in d.
l. Papinianus, ita & illi, scilicet emtori accrescat, quæ
noua est ipsius opinio, & hoc modo poterit etiam su-
perior doctrina Bartol. intelligi & saluari, alias enim
si venditio simpliciter fieret, supradictis non actis,
aut dicendum est, doctrinam Bartol. non esse hoc casu
veram, aut limitandum fore hoc casu, & ita intelli-
genda est hæc materia, & cum his solemnibus, hæc, bre-
uis tamen repetitio expedita est ad laudem omnipo-
tentis DEI eiusque sacratissime matris Virginis Ma-
riæ.

S V M M A R I A.

- 1 Puberes in iure dicuntur masculi post completum 14. annum, femina vero post 12.
- 2 Rationes differentia inter mares & feminas in pubertate instianda.
- 3 Differentia nulla est inter mares & feminas in astate virili & maiori, quia utriusque post 15. annum egrediuntur aetatem minorem, & ingrediuntur maiorem.
- 4 Aetas ad matrimonium requisita.
- 5 Malitia supplet aetatem quo ad matrimonium de presenti, & sponsalia de futuro.
- 6 Malitia an suppleat aetatem ad matrimonium spiri-
rituale contrahendum?

- 7 Aetas hodie per Sacrum Concilium Tridentinum requi-
sita ad professionem religionis.
- 8 Sacramenta puberum super contractibus rerum suarum
non retractandis, custodiri debent.
- 9 Intellectus l. 1. & huius authent. Sacramenta pube-
rum C. si aduers. vendit. & num. seqq.
- 10 Intellectus communis Martini ad dicta iura.
- 11 Quod nullum est rescindi non potest.
- 12 Pubes habens curatorem æquiparatur impuberi.
- 13 Intellectus huius text. in verb. non retractandis.
- 14 Intellectus l. non dubium, C. de legib.
- 14 Iuramentum quod potest seruari absq; interitu salutis
aeternæ, seruari præcipitur iure Canonico, & seruandum
est etiam in foro civili seculari.
- 15 Heredes iurantibus non sunt periri licet contraveniant
actis vel contractui iurato per defunctum, tenentur ta-
men obseruare prædictum contractum iuratum, & nu-
meris seqq.
- 16 Heredes iurantibus non poterunt conueniri ad implemen-
tum contractus seu pacti iurati in foro Episcopi.
- 17 Heres iurantis civiliter ad poenam potest accusari, si non
obseruat id, quod defunctus iurauit, non vero potest
criminaliter accusari de periurio ex iuramento de-
functi.
- 17 Pluribus de populo vel collegio iurantibus aliquid ad-
implere, licet nullus illorum viuat, successores obligan-
tur ad obseruandum contractum iuratum.
- 18 Populus idem reputatur nunc, qui abhinc centum vel
mille annis fuit.
- 19 Iuramentum representat Rempubliam maiorem, ut
non restituatur.
- 20 Relaxatio vel absolutio iuramenti ad effectum agendi
& excipiendi, non operatur rescissionem contractus, sed
ipse firmus remanet.
- 21 Hoc fallit, quando contractus omnino est nullus & iura-
mentum non firmatur, sed iurans compellitur tantum iura-
mentum seruare.
- 22 Secundo fallit, quando absolutio vel relaxatio iuramen-
ti non solum conceditur ad effectum agendi & exci-
piendi, sed etiam ad rescissionem contractus & obliga-
tionis.
- 23 Alienatio seu venditio rerum immobilium puberum
facta cura curatorum licentiam & sine decreto preto-
ris, firmatur iuramento.
- 24 Iuramentum in casu huius authent. Sacramentum pu-
berum, quod tantum sit seruandum, non vero firmet
contractum secundum opinionem singularem Christo-
phori Portii.
- 25 Iura correctiua debent interpretari & intelligi ut ledant
minus quam possint ius commune.
- 26 Iuramentum sortitur naturam contractus, super quo
interponitur.
- 26 Effectus nonnulli ex prædicta opinione Portii.
- 27 Iuramentum confirmare actum vel contractum, super
quo interponitur, contra opinio. Portii.
- 28 Iuramento confirmatur contractus nullus.
- 29 Iuramentum confirmare contractum iure Regio.
- 30 Effectus opinionis Portii suprad. falsos esse.
- 31 Iuramentum tantum validat contractum, eo casu, quo
erat nullus ratione minoris aetatis, secus si contractus
fuisset inualidus alia ratione, quam minoris aeta-
tis.
- 32 Cautela, ut iuramentum utrumq; comprehendat.
- 33 Iuramentum filiofamilias non firmat ipsius alienatio-
nem in præiudicium usufructus patris pertinentis.
- 34 Iuramentum non confirmat concessionem feudi factam
per minorem non adhibentem paves curia.
- 35 Iuramentum an confirmet contractum minoris, quando
prohibito legis vel statuti dirigitur in personam minoris.

- 36 Mirandum non est, quod Doctor vel aduocatus muta-
to consilio, aliud iudicium vel consilium diuersum ab
eo, quod prius dederat in causa sibi commissa vel
consulta, dederit, & nu. seqq.
- 37 Iudici licet mutare & reuocare quod prius interloquen-
do protulit.
- 38 Statutum emanans per viam præcepti fauore persona cui
fit præceptum, censetur potius habere vim consueti-
quam præcepti, & hoc casu transgressio præcepti non ob-
ligat ad poenam.
- 39 Iuramentum mulieris nuptæ, an firmet contractum ipsius
factum sine licentia viri & num. seqq.
- 40 Iuramentum confirmat contractum mulieris factum
sine solemnitate statuti, requirentis presentiam con-
sanguineorum ad contrahendum.
- 41 L. Reg. tit. 3. lib. 5. nouæ Recop. quod procedat, etiam
interueniente iuramento mulieris.
- 42 Maritus, constante matrimonio, est dominus dotis, &
in præiudicium ipsius mariti iuramentum mulieris ab-
sque licentia viri nihil valet, nec est seruandum.
- 43 Iuramentum confirmat contractum persona prohibita
contrahere in respectibus tantum dammum &
præiudicium iurantis, secus vero in præiudicium alie-
riss.
- 44 L. 50. Tauri, quæ hodie est lex. 2. tit. 2. lib. 5. nouæ
Recopilat. Regia, an possit renuntiari cum iuramen-
to.
- 45 Iuramentum an possit per legem vel statutum indirecte
& per circumstium tolli, inducendo prius simulationem
& dolum.
- 46 Iuramentum an possit directo tolli per legem vel statu-
tum.
- 47 Intellectus c. 78. de Valladolid. ann. 1555. quod hodie est
illius l. 22. tit. 11. lib. 5. Nouæ Recop. Reg. & nu. seqq.
- 48 Iuramentum an confirmet contractus factos in 2. casu
ut soluantur tempore, quo quis uxorem ducat, vel he-
reditatem consequatur.
- 49 Filius, qui habet peculium castrense, vel quasi, poterit
contrahere, non obstante d. l. 22.
- 50 Macedonianum Senatusconsultum cessat, quotiescumq;
filiusfamil. habet peculium castrense vsq; ad quantita-
tem peculii.
- 51 Idem esse, si pater & filius contrahant super peculio ad-
uentitio in casibus exceptis, in quibus patri non acqui-
ritur usufructus.
- 52 Lucra quadam, quæ quasi castrensa per l. 7. tit. 17. part.
4. declarantur.
- 53 Filiusfamil. an possint libere disponere de prædictis lu-
cris.
- 54 Quasi castrensa dicuntur, quæ acquirunt filiofamilias
aduocati in suo officio aduocationis, & non acquiruntur
patribus ipsorum, sed sunt sua propria, & possunt de
eis disponere in vita.
- 55 Filiusfamil. qui tempore contractus interrogatus, an ha-
beat patrem vel curatorem, & c. hoc negauit contra
veritatem, tenetur adimplere contractum a se factum
propter suum mendacium.
- 56 Minor, qui gratia decipiendi aduersarium, ut cum eo
contraheret, dixit se esse maiorem, non debet restitui,
licet ledatur ex illo contractu & probet se minorem,
& hoc limitatur vno modo, num. 57.
- 58 Secunda limitatio est respectu eorum, quæ ut maior pos-
set opponere.
- 59 Iuramentum an confirmet contractum pupilli pro-
ximi pubertati, qui etiam tempore, quo contrahit,
iurauit se esse puberem, dolo, ut secum contrahere-
tur.
- 60 Conuentus rei vendicatione negas se possidere, si conuin-
catur de mendacio, transferatur possessio in actorem.